



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis


In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXIII.**

1. Septembris. Calendæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**



ANNI  
CISTERCIENSIS  
SEPTEMBER.

I. Septembris. Calenda.



EATE THEODAR- <sup>9bije</sup>  
DE, monache Caræ Sil- <sup>anno</sup>  
væ in Dania: qui ex vi- <sup>1157.</sup>  
ta hac misera ad meli-  
orem discessurus, pate-  
fecisti, quàm tibi præ-

ter alia virtutum insignia cordi fuerit <sup>Cave</sup>  
pudoris integritas: cui conservando e- <sup>pudori</sup>  
tiam ultra vitam curas extendisti, cœ- <sup>post o-</sup>  
lo sollicitudinem tuam adjuvante. In- <sup>bitum.</sup>  
de enim instructus, quâ die & horâ sis  
moriturus, instantissimis precibus im-  
petravisti, ut lavacrum, mortuis exhi-  
beri cosuetum, paucis ante obitum  
horis vivus reciperes; atque ita custo-  
dia verecundiæ in tua potestate mane-  
ret. Gratum fuit hoc spectaculum su- <sup>Calices</sup>  
peris; quorum plures, præcunte Serva- <sup>moriēti</sup>  
tore, fatali lectulo assistere, animâ <sup>assistit</sup>  
que ad

que ad beatitudinis suæ felicissimas sedes transferre, visi sunt. *Sequar te, me*

**Studiū puritatis.** *adhortantem ad amorem pulcherrimæ virtutis; cuius odor ad eò gratus est cœliibus. ut egredienti animæ obviam processerint: id officij toties præstituri, quoties tanta puritatis domicilium invenerint.*

**Floruit circa annum 1270.** *BÆGIDI, monache S. Martini de Castañeda: qui post diu probatam vitæ monasticæ sanctimoniam ad eremum te cum socio contulisti. In qua*

**Vorbi divini auditio** *ita apud vicinos terræ incolas inclaruisti; ut sepulchro tuo ædem sacram instruxerint: in qua mox contra omnes morbos antidotum, præsertim surditatem, è longinquo advenientes supplices obtinuerunt. Periculi majoris est surditas cordis, quàm aurium. In hanc in me tibi supplice sana: ut tandem audiam Evangelicæ illius tubæ vocem: Facite dignos fructus pœnitentiæ, antequam terribilis tuba insonet: Venite ad Judicium.*

**Pœnitentia.** *S. BERNARDUS, ser. 2. de vig. Nat. Quisquis ardentem non desiderat pœnitentiam, videtur operibus dicere, non indigere se pœnitentia: & ita suam non confiterur culpam, aut non posse ei prodesse pœnitentiam: sic & divinam non confitebitur bonitatem.*

2. Septemb.